

omnis religio est adiaphora. Arcat modis Deus Mu-
hammedanas blasphemias. De Brandenburgica Refor-
matione queris, quid D. Scultety promittat? Initia diffi-
cilia ut solent; Pelargus teriversatur. Vicini Dover-
sarii Hutterus, Avi contra latrant. Etiam Herodias
domi coelum terra miscet. Admirandus igitur et precibus
nostris juvandus est felus optimi Electoris, quem cum
in Borussia, Juliaci, domi, civiles furie circumstant,
ad hoc gloria Dei et veritatis promovenda, invi-
ctum hactenus praestat. Nostra aula juvenilibus pasto-
rem nondum invenit sibi commoedum, ne sensuum qui-
dem. Putatur Scultetum expectare. Tunc ego duos
Scultetos optarim pro ministerio et Academia nostra.
D. Mylous aetate me minor totus vetulus, tamen sta-
tionem tenet sero virili. M. Hoffium juvabo pro
viribus, qui tibi has reddidit Gallo-Britannus est, alacris
juvenis. Nuper huc venit. Sed quia in tanto confluentium
parentum compendia studiorum non potuit a nobis
sublevari, ad vestram Academiam divertere, vo-
luit. Ei si quid opis per tuos Collegas s. te unum
fatigare nolo: prestare potest, pro antiqua vestra
humanitate, facietis. Sumprimis Dr. Meyerum roga-
tum velim, ut ejus desideria cognoscat, cui cum Vere-
randis Dñis Collegis et Gymnasty omnibus benedictio-
nem et gratiam precor in Domino. D. Mylous, Af-
fringit te plurimum salutant. His quod Marq. Frue-
rum 18. Maji miserimus ad Dñm. (cum eodem vidua
A. Maderi sepulta. Vale. Heidelbergae 7. Junij ibiq.

182.

Celeberrimo Theologo D. Pareo Lubbertus S. P. D.
Reverende Vir. Superiore aetate ad te scripti, et si-
mul nisi commentariis meos ad errores Voretii:
Id nihil responsi abs te accepi, ab eo tempore denno
ad te scripsi, sed neq. ad has posteriore, literas quic-
quam respondisti, quod in quam partem accipere debe-
am ambigo. Aut enim literae, meae tibi non sunt
tradita, aut huc intercederunt, aut gravi de causa
quod magis metuo impediti nihil rescripsisti. Vorstij
post

editos meos commentarios edidit parones in male-
dicam et plenam falsarum calumniarum. Ad hanc
ergo responsionem paravi. Sed quia causa rejecta se-
ad calumnias convertit, invident fratres, ut hereticam
eversum post iteratam responsionem rejiciam. Hinc
subserviens protinus in me edidit mendaciloguam
rhetoricationem, ad quam seriam et necessariam re-
sponsionem paravi. Sed quia causa haec omnes Ecclesias
attingit, non volo illam edere, nisi ab omnibus vel pra-
cipuis nostris Ecclesiis lectam et approbatam, simulatq[ue]
edita fuerit, faciam ut eam habeas. In Hollandia
incipiunt Ecclesiae caput erigere et animum recipere.
Deus faciat, ut puram doctrinam et medicam con-
sensum retinere possint. Spero me brevi ad te pro-
lixius scripturum esse. Qui tibi has affert Westelus
Emmianus est juvenis pius, doctus et modestus, ejus
studia videntur ad posteritatem spectare. Habet
Patrem Abbonem Emmianum de Ecclesia Dei quam
optime meritum, et multis scriptis celeberrimum,
hic juvenis totum quadriennium usus est mea
opera in Theologiae principis addiscendis, nunc
ad te proficiscitur, ut quo tibi feliciter inchoavit,
te luce absolvat. Ego eum, mihi paree, tibi com-
mendo, et rogo, ut eum tua benevolentia com-
plecti velis; quicquid illi feceris, ita accipiam, ac
si mihi factum esset. Diliro r. eum, tum propter
seipsum, tum propter patrem ejus, tanquam proprium
filium. Fac igitur, ut optimus juvenis intelligat, has
litteras, quibus eum tibi commendo, aliquid ponderis
apud te habuisse. Vale Franekeræ 6. Martij 1614.

Celeberrimo J. Pareo Joachimus Borgesius Hamburgensij
S. P. Facere non possum, Carissime Vir et animo meo
venerande, quin data hac optatissima occasione te
epistolis invisam. Qui enim hoc tibi reddet, filius est
Abbonis Emmii celeberrimi istius Historiographi et histo-